

## Přečtěte si

*Dē Traiānō*

Imperātor Traiānus hūmānitāte atque moderātiōne cēterōs imperātōrēs superābat et Rōmae et per prōvinciās sē exhibēns omnibus aequālem et liberālem in cūnctōs, frequentāns amīcōs etiam aegrōtantēs, saepe in vehiculīs amīcōrum sedēns, nūllum senātōrem laedēns, nihil iniūstī agēns, pūblicē prīvātimque omnēs amīcōs dītāns et honōribus augēns, per orbem terrārum multa aedificia templaque aedificāns et immūnitātēs civitātibus tribuēns. Propter hās virtūtēs nihil nōn venerātiōnis merēbat et vīvus et mortuus.

*Eutropius*

(podle Flocchini et al.: *Comprendere e tradurre, upraveno*)

*Vyhledejte v textu participia prézenta a nahradte určítými slovesnými tvary ve vhodném čase.*

*Slovíčka*

aedificium, iī, n. budova

aedificō, āre budovat, stavět

aegrōtō, āre stonat, churavět

dītō, āre štědre obdarovat

exhibeō, ēre prokazovat, dát najevo, vykonat

frequentō, āre hojně navštěvovat

hūmānitās, ātis, f. lidskost

immūnitās, ātis, f. volnost, výsada

mereō, ēre zasloužit si, zasloužit se

moderātiō, ōnis, f. umírněnost

mortuus, a, um mrtvý

orbis terrārum okrsek zemský, svět

prōvincia, ae, f. provincie

pūblicē prīvātimque na veřejnosti  
i v soukromí

templum, ī, n. chrám, svatyně

vehiculum, ī, n. vozidlo, povoz

venerātiō, ōnis, f. úcta, vážnost